

thesi, perversæ scilicet ac a DEo averſæ naturæ, necessariò illis inest. Quid ergo jam de Atheis dicendum putemus? Si quod minus est, verum est, etiam id, quod magis est, verum esse oportet. Quare, dum homines existentiam DEi licet agnoscentes, ita peccant, ut corrupta eorum natura causa per se peccatorum; è contrario, si quid moraliter boni egerint, ejus natura illorum causa per accidens tantùm sit: multò magis Atheorum, DEum divinaque cuncta negantium, natura, & pessimus ejusdem fructus, Atheismus, non per accidens duntaxat, sed per setalis & necessaria improbitatis causa haberi debent. Et quando alii non-Athei proæreticè mala patrant, id omne provenit ab eo, quod in illis Atheismo vel vicinum vel analogum est. Verissimè quippe sæpius laudatus SECKENDORFIUS l. c. §. 5. scribere potuit: Weil niemand zu finden, welcher nicht oft, und viel mit gedanken, worten oder wercken sich also vergreiffet, daß es nach denen gründen der religion, darzu er sich bekennet, der ehre, furcht und liebe GOTTes zuwider lauffe: So folget daraus, daß auch niemand sey, dem nicht eine gewisse art des ungläubens und Atheismi practici anhangen, ob er gleich so frech und unverschämt nicht ist, daß er GOTT offenbahrlich verleugnen, und vor einen Atheisten gehalten und erkant seyn wolte.

§. VII.

Præcipuum verò, cui contraria inniti sententia putatur, fundamentum in internâ seu objectivâ, uti quibusdam dicitur, actionum moralitate consistit, siquidem eam deductam videmus ex hac Dn. WOLFH *Est.* §. 20. propositâ hypothesis: So ist das Geseze der Natur durch die Natur fest gestellet worden, und würde stat finden, wenn auch gleich der Mensch keinen Obern hätte, der ihn dazu verbinden könnte: ja es würde stat finden, wenn auch gleich kein GOTT wäre. Non immeritò hîc. à Dn D. LANGIO l. c. §. 21. monitum jam est, quæstionem de existentia Juris naturalis, etiamsi nullus daretur DEus, inter homines DEum verè agnoscentes, imò Christianos, otiosam, superfluum & supervacaneam esse. Et quoniam aliàs Scholasticorum illud: *posita per impossibile;*
hodie